

neficiariis imponi, & grauari ex Beneficio à se præſtito; contra regulam iuris in lexto 61. quæ ſic habet. *Quod ob gratiam alicuius conceditur, non eſt in eius diſpendium retorquendum.* Quod ut dixi in materia, de quâ eſt fermo, præcipue debet obſeruari, ne graue ſacrilegium committatur: *Quid quid enim in ſacris Deo rebus, & Episcopis, iniuſte agitur, pro ſacrilegio reputatur, quia ſacra ſunt, & a quoquam violari non debent, Cap. Quæ multoties de regulis iuris.* Quod ſacrilegium Excommunicationis poenâ caſtigat Eccleſia. *Cap. Noniter de ſententiâ Excommunicationis, & in Bulla Cœnæ: iuxta quæ poſitio iſta videtur manifeſta.*

98 Nihilominus ob vitanda diſſidia, quæ ſine inconuenienti non ſtarent, diſſimulatum circa hoc, & cum obligatione dictâ tituli Beneficiorum capiuntur. Et Beneficiarij quidem tutâ id videntur conſcientiâ facere: quia ſuam redimunt vexationem, & procedere bonâ fide poſſunt, dum vident diſpoſitionem dictam à Regio venire Conſilio, in quo viri docti, & pij aſſiſtunt, quos non eſt credibile ſuas in hoc velle conſcientias cum periculo damnationis innodare. In Prælatiſ autem maior eſſe ſcrupulus poteſt, quibus ſpecialis incumbit cura defendendi Eccleſiaſticam libertatem. *Cum ex officio ſuo teneantur non ſolum arguere, ſed etiam increpare, quin etiam interdum ſuſpendere; nonnumquam vero ligare.* Verba ſunt Innocentij Tertij, & habentur in *Cap. Quæſt. 2. quando de accuſationibus & 2.* Cùm inquam teneantur ex officio ad prædicta; in negotio immunitatis Eccleſiaſticæ id præcipue vrget, pro quâ Canonæ ſacros notum eſt ſpecialius militare, & Conſilium Tridentinum *ſeſſione 25. Cap. 20.* Nec reſpectu eorum videtur vrgeri ratio pro Beneficiariis adducta: ipſi enim diligentius, & profundius expendere debent ſtatuta laicorum, quibus imminui conſtat libertatis Eccleſiaſticæ prerogatiuam: idem enim Episcopos dicuntur, id eſt, ſuperintendentes, ſeu ſuperiorem præ aliis attentionem rebus ad ſuum officium ſpectantibus impendentes. *Cap. Cleros. diſt. 21. vbi & habetur, Episcopum etiam dici, quaſi ſpeculatores: & vtriuſque ratio redditur.*

Circa Prælatos maior diſſicultas propter obligationem immunitatis Eccleſiaſticæ defendendæ.

Episcopos vnde dicuntur.

Vnde poſſunt illi excuſari.

Graumem non vident præiudiciale.

ficis talem futuram, vt ad prouiſiones iam factas extendatur; ſi enim non ſit talis, ſed ſimplex conſeſſio, ad præterita non extenditur, iuxta communem doctrinam de legibus: pro qua videri poſſunt P. Palaus. *Tom. 1. Tract. 3. Diſp. 5. Puncto 3. §. 5.* apud quem alij occurrent idem tradentes, iuxta certiffimam iuris vtriuſque diſpoſitionem. Et Dom. Solorzanus *lib. 3. cap. 9. n. 51. & 52.* & etiam de priuilegijs, de quibus Doctores ſentiunt non poſſe extendi ad ea, quæ notitiam eorum præcedunt; & ſi quidam aliter ſentiant; ſed certe, quoad notitiam, non verò quoad realem priuilegi conſeſſionem, de quo loculentiffime P. Suarez *lib. 8. de legibus cap. 25.* Gratiâ ergo ad præteritas conſeſſiones ſe extendente, facile erit Regi Menſarum exigere; ſi enim quis renuat; ex adminiſtratoribus decimarum, & gubernatoribus, qui Parochis Indorum ex ipſorum taxis ſupendia ſoluunt, id poterit ſine aliqua diſſicultate integrè, & in opportunitate temporis obtineri. Quando ergo obligatio ſoluendi Beneficiariis imponitur, non agitur de Regia viſſitate, quæ ſartatecta modis omnibus perfeuerat. Id igitur tantum Regiæ intentionis eſt, vt exactio hæc ſine ſoluentium peculiari moleſtiâ peragatur. Si enim nihil tale ſuſpiciantibus, conſeſſa iam gratia, peteretur, graue illis hoc, & moleſtum eſſet, & ſolutionem fortè detrectarent; quod ſecus accidit obligatione præmiſſâ ad ingreſſum in Beneficium, quo tempore ob lationem adeptionis, paræ iſtius portionis ſolutio grauis illis non apparet reſpectu eius, qui adeo ſibi commodum pro totius vitæ ſuſtentatione cum honoris auctario, beneficium conſert.

100 His addi poteſt Reges noſtros non eſſe more Patronorum aliorum inſpiciendos, cùm in Indijs amplioſem habeant poteſtatem, ratione cuius ſunt, qui eos legatos Apoſtolicos eſſe cenſeant, de quo dixi alibi: ſcilicet *Titulo 1. n. 159. & Tit. 2. num. 126.* & nunc addo. Fr. Ioannem Baptiſtam in *Animauerſionibus Indorum Conſeſſariorum fol. 177. pag. 1.* vbi ita ſcribit. *Vnde hoc privilegium, & indulgentiam non tam ad ipſos Mendicantes pertinet, quam ad Regem Catholicum, qui ex ſpeciali mandato Alexandri Sexti, & aliorum Pontificum, legatum Apoſtolicum in his terris agit; ad quem pertinet de idoneis miniſtris, quos voluerit, & ſibi viſum fuerit, prouidere.* Sic ille. Quod licet cum moderate ratione debitâ accipiendum ſit, cùm poteſtatem talem Reges noſtri in ſe ipſis cum ea amplitudine non agnoſcant, vnde & recurſus habent frequenter ad Sedem Apoſtolicam, qui neceſſarij non eſſent eâ extante facultate: id certè ex eo loquendi modo colligendum eſt, plus ſcilicet illis, quàm Patronis alijs circa Miniſtrorum prouiſionem tribuendum. Et quidem decimæ illis à Sede Apoſtolicâ conſeſſæ; vnde, & eâ perſiſtente conſeſſione, circa Miniſtrorum ſuſtentationem ita diſponere potuerunt, vt multò minùs, quàm modò illis datur ex ipſius indulgentiâ, etiam Mênſarâ demptâ, tribueretur. Quando ergo decimas Eccleſiis reddiderunt, id ſaltem potuerunt referuare ſibi, vt liceret aliquem modum obligationis exigere in caſibus, qualis hic eſt, de quo loquimur, cùm aliâs vt dictum eſt, minimè Eccleſiaſticis præiudicialis habeatur. Pro quo tandem facit ita factum poſt impletam conſeſſionem Vr-

Simplex conſeſſio ad præterita non extenditur.

Reges Catholicos legatos Apoſtolicos ad Indos ſuæ ſig. in Indijs.

Fr. Ioannes Baptiſta

Quod exſeſſatione congrua temperatur.

Ratio alia ex decimarum conſeſſione.

bani

bani VIII. & ab Innocentio X. approbatum vt ex tenore Bullæ conſtat. Pro quo hæc ſatis.

CAPVT XIII.

Qualiter Indicorum Auditorum conſcientiæ grauari poſſint, dum ſe inhonorantium vindictam proſequuntur.

§. I.

Inhonoratorem non eſſe ſacrilegium, & quando crimen leſæ Maieſtatis.

Honorandos eximie Indicos Auditores.

Inhonoratorem eſſe ſacrilegium, male quædam cenſuiſſe.

Quid proprie ſacrilegium.

D. Thomas.

Sapient. 6. v. 5.

Gratiani doctrinam non aptè propoſitam.

101 **H**onorandos Regios Senatores, & eximie quidem honorandos, eorum dignitas perſuadet, cùm Regiæ Maieſtatis culmen excellentiori quodam modo, prædicè vt ſic dixerim, repræſentent; & ita tradunt, exornant, illuſtrant Auctores plures, quos adducit Dom. Solorzanus *lib. 4. Cap. 4. à num. 21.* & in *Politica lib. 5. Cap. 4. pag. 779.* vbi & ſpecialiter id neceſſarium eſſe oſtendit in Auditoribus Indicijs, pro quo & videnda, quæ diximus *Cap. 1.* Tenenda tamen circa hoc moderatio, quam ratio & iura præſcribunt: nam per exceſſum poteſt & ſolet non leuiter in hac parte peccari. Fiſcalem Regium audiui, qui ſerio contenderet inhonoratorem huiusmodi habere rationem proprij ſacrilegij. Id quod ex Cæſareo iure conabatur deducere, ſed ineptè: Religio quidem Deum ſpectat, erga cuius veritatem cultum, vt neque ad Sanctorum propriè cultum ſe extendat, quod luculenter oſtendit D. Thomas *2. 2. q. 103. Art. 3.* Ex cuius etiam doctrinâ *q. 99. art. 1. 2. & 3.* manifeſtè conuincitur præſatus error: ibi enim oſtendit quid ſit ſacrilegium. In 1. autem pro argumento priorè adducit, id quod habetur. *Cap. Si quis ſuaſerit 17. q. 4.* vbi ſic dicitur. *Committunt etiam ſacrilegium, qui de principali iudicio diſputant, dubitantes, an is dignus ſit, quem Princeps elegerit: vel qui intra Prouinciã, in qua prouinciales & ciues habitent, officium gerenda, ac ſuſcipiende adminiſtrationis deſiderant, vt in Codice lib. 9. Titulo de crimine ſacrilegij.* Sic Gratianus. Ad quod S. Doctor reſpondet, quod iuxta *Ariſtoſelem lib. 1. Ethicor. Cap. 2.* bonum commune gentis eſt quoddam diuinum, & idè antiquitus Rectores Reipublicæ diuini vocabantur, quaſi diuinæ prouidentia miniſtri, ſecundum illud *Sapientia. 6. v. 5.* *Cum eſſetis miniſtri regni illius non recte iudicatis, & ſic per quandam nominis extensionem, illud, quod pertinet ad irreuerentiam Principis, ſcilicet diſputare de eius iudicio, an oporteat eum ſequi, ſecundum quandam ſimilitudinem ſacrilegium dicitur.* Hæc Doctor Sanctus: iuxta quæ ſatis manifeſtè apparet ſacrilegium tantum ſimilitudinariè poſſe ad inhonoratorem laicorum perſonarum trahi: quòd ſi erga Principem ita contingit, multò eſt certius non poſſe irreuerentia miniſtrorum proprietatem nominis, & rei ſignificata pro illud conuenire.

102 Gratianus autem in deſcribendis ſacrilegij parum conſideratè proceſſit, ea, quæ proprie talia ſunt; iis, quæ ſimilitudinariè tantum

ſunt talia, coniungens, vt ex citato Capite conſtat, in quo ſacrilegium, quod quis per violentorum manuum iniectioem in Clericum vel Monachum incurrit, & per violatam Eccleſiæ immunitatem, & iniurias in eadem Sacerdotibus irrogatas; alijs tum præſatis, tum etiam omnibus diuinæ legis tranſgreſſionibus, ſiue per ignorantiam ſiue per negligentiam, adneſcit. Qui ergo auctoritatibus præſatis nituntur, nihil obtinere poſſunt, ſed quamdã ſimilitudinariam extensionem, ſicut in iuramento accidit, quod extenditur ad ſimiles loquendi formulas, in quibus manifeſtè iuramentum non eſt, vt cùm quis ait; Per patrem, aut matrem meam, aut per vitam vxoris, vel filiorum iuro: & certè, aut ſacrilegium eſſe proprium contendunt, quia contra religionem eſt, & hoc non poſſe ſtare iam vidimus, quia Auditor non eſt res proprie ſacra. Vel tantum extensionem illam nominis, quâ ius vititur. Quod ſi damus; quid inde? An ex eo quòd extendatur nomen, iniuria ad ſuperiorem ſphæram aſſurget? Ad hoc certè neceſſarium erat, vt ad religionem proprio aliquo modo pertineret; cùm ergo non pertineat, quid intereſt erga ſimilitudinem nominis litigare? Vnde neque circa hoc audiendus D. Villaroel *Part. 2. Quæſt. 11. Art. 3. num. 24.* vbi ex Dom. Solorzano & alijs ſacrilegium eſſe abſolute pronuntiat.

103 Illud maioris quaſtionis eſt, an qui illis iniuriam inferunt, crimen læſæ Maieſtatis incurrant, & hoc iidem paſſim clamitant. Et cum alijs affirmat Dom. Villaroel *ſcio nuper adducto num. 22.* cùm tamen circa illud diſtinctio ſit factis notabilis adhibenda. Crimen quidem læſæ Maieſtatis committi, communis reſolutio eſt, pro quâ textus, & Auctores congerit Farinacius in *Pract. crim. Part. 4. Quæſt. 112. num. 136. & ſeqq.* Non quidem in primo gradu, ſed in ſecundo. Id tamen ita accipiendum, vt tunc crimen tale ſit, quando iniuria irrogatur ratione officij; ſecus ſi ex priuato odio, aut inimicitia: vt videri apud eundem poteſt. *num. 150. & duobus ſequentibus: vel ſi ob prauos mores, de quo num. 155.* Pro quo exemplum adduci poteſt eorum, qui Togatum quemdam nocte intempèſtâ obleruarunt domum pellicis ingredientem, cùm ille ex officio circumire ciuitatem ad cuſtodiam ſimularet, & eum non leuibus moleſtijs affecerunt. Quod & videtur pariter aſſerendum, etiamſi ratione officij iudex iniurioſè tractetur, quando conſtat eum in officio iniuriam pariter intuliſſe. Quod quidem negari nequit, quin grauis iniuria ſit; non tamen læſæ Maieſtatis crimen, cùm in iudice ſuo perperam videnti officio, non ſit animus offendere Principem, ſed id, quod contra voluntatem, & auctoritatem eſt Principis, caſtigare. Iniuſtum enim iudicium, non eſt iudicium, & iniuſtus iudex, non eſt iudex reputandus; ex D. Thomâ, & Caſſiodoro, vt diximus *Titulo 2. num. 76.* vnde nec tale iudicium à vultu Dei oritur, & conſequenter neque à vultu Principis, ita nec ille in læſo iudice debet læſus reputari.

104 Quando autem dubium eſt, an ratione officij, an verò ex odio, & inimicitia ortum habuerit offenſio, ad coniecturas eſſe recurrendum affirmat cum alijs Farinacius *num. 154.* ex quibus illa pro officio videtur valida, ſi in ipſo

Diſcurſu aperto eorum eluduntur.

Inhonoratio an ſit crimen læſæ Maieſtatis.

Notanda pro reſolutione diſtinctio de iniuriâ ratione offiij, aut ob aliam cauſam.

Iniuſtum iudicem non eſſe iudicem.

Quando ſit cenſenda ratione offiij facta iniuria.

acta

actu officii, & exercitio iudiciario fuerit irrogata. Non ergo talis, quando iudici nondum in Tribunali ſedenti, aut poſt deſcenſum ab eo quidquam iniurioſum inferitur. Si præſertim Iudex partem potiùs litigantem quàm iudicem agat: vt in facti contingentiâ accidit; altercantibus inter ſe Sacerdote quodam, & Auditore, circa prædiorum aquæ ductum; & eâ de cauſâ, cum ſe iniuſtè grauatum Sacerdos crederet, & in Auditorio Regio res ageretur, cum colligante ſuo, præ tribunaliſ foribus, neſcio quid contentioſius, quàm deceret peractum, quod eſt exilio mulctatum; auctoritate tamen Prælati, qui ad id eſt monitoriis Iudicum incitatus. Cum ergo res arbitraria ſit, caueant ſibi ad huiusmodi iniurias proni; quia Iudices talium cauſarum ſuum in illis negotium agunt, auctoritati conſulentes ſuæ, & omnimodæ immunitati. Quod tamen Iudices ipſos etiam debet ad moderationem in iudicando compellere; quia in eo partes ſimul & iudices ſunt; vnde peccare grauiffimè poſſunt, ſi ſtante pro reo verofiſimili deſenſionis fundamento, ad rigorem ſemper inclinent, & ſeueriora ſequentur. Quod enim communis habet ſcriptorum vox, in criminibus ſole clariore debere eſſe probationes, quod ad factum ſpectat, id etiam ſuo modo circa ius dicendum; quòd ſcilicet, vt ad ſeueriores pœnam damnatur reus, ſole clariora debeant in iure fundamenta ſuppeterere: vtriuſque enim ratio eadem videtur. Vnde eſt regula iuris notiffima, cum ſunt pariter iura obſcura, reo ſauendum eſt potiùs, quàm auctori 11. in Sexto. Neque crimina contra iudices alicubi inueniuntur excepta; licet veriffimum ſit grauiffi aliis puniènda.

Cauſa ſpecialis.

Auditores quàm debeant cauere in cauſis procedere.

S. II.

Quid de Eccleſiaſticis iniuriarum auctoribus.

Eccleſiaſticos poſſe a iudice laico in carcerem mitti, quòrumdam ſententia.

D. Felicianus à Vega, vt temperet illam.

105 Poſſe illos in carcerem mitti, ſi delictum ita exigat, aut pœnâ pecuniariâ coerceri, ſi irreuerentia interuenierit, quæ non leuis momenti ſit, vt ſi coram eis pertranſeant nullo reuerentiæ ſigno adhibito; aſſumant Pereira, & Bobadilla, quos adducit Diana Parte 1. Tractat. 2. Reſolut. 26. & Tiberius Decianus apud Dom. Felicianum à Vega. Relezione in caput, ſi diligenti de foro competenti num. 58. & ipſe Dom. Felicianus cum num. 56. & 57. abſolutè aſſerit Clericum contra iudicem delinquentem, de illius foro non eſſe; cum aliàs ex iure habeatur id ita eſſe reſpectu aliorum; eò quòd illi ſuo poſſunt renuntiare foro, quòd faciunt eo ipſo, quòd contra iudicem delinquant; non tamen Clerici: citato tamen num. 58. cum citatis conuenit, ſi coercionem non exerceant auctoritatiuè, & quaſi proprio iure, ſed ex permiſſione Pontificis, cui illa non videtur diſplicere, ſi carceratio non ſit diuturna, ſed intra viginti quatuor horas Clericus ſuo Prælato præſentetur. Pro quo & facit Clericum Regio fungentem officio, ſi in eo delinquat, priuari eo poſſe & mulctari, vt tenent multi, quibuſcum Dom. Villaroel Parte 1. Pacifica gubernationis Quæſt. 1. Art. 8. num. 68. & 69. Quibus non obſtantibus

106 Dico Primò. Si Clericus non ſit pa-

ratus in crimine proſequi, aut id verofiſimiliter timeatur, teneri nequit, & clauſurâ premi. Conſtat ex manifeſtâ Iuris deciſione Cap. Vt fama, de ſententiâ excommunicationis, in quo ſic loquitur Innocentius Tertius: Laici verò circa excommunicationis ſententiam capere Clericos, & ad iudicium trahere poſſunt, ſi oporteat, etiam violentè; dum tamen id de mandato faciunt Prælatorum, quorum illi ſunt iuriſdictioni ſubiecti, & quorum eſt corrigere criminoſos; cum hoc non ipſi, ſed illi, quorum auctoritate id faciunt, facere videantur; dum tamen non ampliùs eorum violentia ſe extendat, quàm deſenſio, vel rebellio exigat Clericorum. Sic ille: juxta quam deciſionem id ſequitur quod intendimus; nam reſpectu eius, qui non eſt paratus in crimine proſequi, aut de quo id verofiſimiliter non timeatur, nulla deſenſio, aut rebellio eſt, neque beneplacitum Prælatorum expreſſum aut tacitum. Tacitus namque præſumi verofiſimiliter poſteſt, quando ex capturâ damnum imminens impeditur; quod velle Prælati debet; & ſi aſſeſſet, rationabiliter credi poſteſt iudicis auctoritate ad illud impediendum fore uſurum; & juxta hanc intelligentiam accipiendi ſunt, qui dicunt Clericum in flagranti crimine deprehenſum, capi poſſe, & ad Prælaturam remitti: qui videri poſſunt apud Dianam ſuprà Reſolut. 11. & 12. ubi obſeruari iuuat, etiamſi nihil præterea timeatur niſi fuga, id aliquibus videre ſufficiens; cuius ea eſſe ratio poſteſt, ipſam fugam damnofam eſſe, tum ob rationem, quam adducit Pontifex citato Capite; quòd ſcilicet, publice uilitatis interſit, ne crimina maneant impunita. Tum etiam quia ſic fugiens, & ab oculis Prælatorum remotus, addere peccata peccatis poſteſt, & turbatum occaſiones excitare. Pro quo videri poſſunt Souſa in Bullam Cœna Can. 16. Diſput. 82. num. 9. & Ioannes de la Cruz in Directorio Conſcientiæ, Parte 1. Præcepto 8. Quæſt. 3. Art. 1. Dub. 3. Concluſ. 3. P. Fragoſus Tomo 2. Pag. 251. num. 329. & alii, apud ipſos, & apud Barboſam in Collectaneis ad Decretales, cap. citato n. 5. & nouiffimus D. Villaroel Parte 2. Quæſt. 11. Art. 3. n. 30. & ſeqq.

Aſſerit i. non paratū in crimine proſequi teneri non poſſe.

Cap. Vt fama, de ſent. excom.

De ſuſpectum capi poſſe.

107 Dico ſecundò. Clerico irreuerenti nequit ab Auditore, aut Audienciâ totâ, ſeu quocumque alio iudice, pœna pecuniaria imponi. Sic citati à Dianâ, & contrarium eſt proſus improbabile, quia contra libertatem Eccleſiaſticam, in Iure Canonico, & Bullâ Cœnæ ſpecialiter declaratam & pœnis adiectis communitam. Neque apparet vnde talis licentia fundari poſſit, quæ nullibi fundamentum habet, niſi in aliquorum ſcriptorum, qui laici futere iudices, minus piâ erga Eccleſiaſticos affectione.

Aſſerit 2. non poſſe pœnam pecuniariam irreuerenti imponi à laico poſſe.

Nec dicas Clericos capi poſſe & ita etiam in pecuniâ mulctari: quod minus eſt ex Cap. Cui licet, de regulis iuris in Sexto: ubi ſic dicitur: Cui licet quod eſt plus, licet vtrique quod eſt minus. Ex L. eadem. D. eodem Titul. Nam in primis id eſt valde dubium, an ſcilicet plus ſit capi, vt ſtatim tradatur Iudici, an pœnam pecuniariam ſolueret, quia prior pœna nihil demit, & captura cum debità reuerentiâ eſt executioni mandanda; pecuniæ autem jactura pluriſ ſolet ab Eccleſiaſticis aſſumari. Deinde Regula illa plures habet exceptiones, de quibus Gloſſa. Et tantum habet verum, quando id quod eſt minus, in eo, quod plus eſt, continetur. Vt in materia præſenti, cui licet capere, licet ar-

Ex capturâ non bene argui.

Regula, Cui licet plus, quàm licet accipiendâ.

Qui poſſe capi, an poſſit armis ſpoliare.

Ratio diuerſitatis in capturâ.

Diſtinctio circa hoc D. Feliciani minime probanda.

In Indijs quantum oporteat honorari Sacerdotes.

Ferdinandus Cortefii exemplum ſingularè.

Audiencia cuiuſdam factum non probandâ.

mis ſpoliare, quia bene capi & teneri nequit, ſi ſuis ille armis inſtructus relinquatur; & etiamſi non ſit capiendus ne vlteriùs nocere poſſit. Quidquid de hoc aliqui in contrarium ſentiant, quos adducit, & ſequitur Diana ſuprà Reſolut. 10. & Parte 2. Tractatu 1. Reſol. 28. Nam pro aſſertione poſitâ ſtant complures, & inter eos præſtantiffimi Theologi vt ſaretur Diana eos allegans. Neque priores videntur contradicere, in caſu à nobis propoſito; quando ſcilicet Clericus nequit commodè ad ſuum iudicem deſerri; & aliàs in capturâ inconueniens apparet; tunc enim eum armis ſpoliare licitum erit; immò & expediens, vt nocementi vltioris occaſio præcidatur. Item, cui licet plus, licet & minus, quando tale eſt in eodem genere actionis, nec poſteſt rationabiliter iudicari Superioris id eſſe contrarium, voluntati. Sic cui licet carnes comedere die jejuni, licet & otia. Non tamen licet potenti adminiſtrare Euchariſtiam, Sacramentum adminiſtrare Baptiſmi, Penitentiæ & aliorum, quæ minorâ ſunt, de quibus proportionaliter eadem ratio eſt, vt minora non liceant, eo ipſo, quòd liceant maiora: & generaliter ubi eſt diuerſa ratio, & fundamentum aliter coniecturandi de ſuperioris voluntate, aliter ſentendum eſt, vt in præſenti. Prælatus enim circa capturam poſteſt eſſe rationabiliter beneplacens ob rationes dictas; non ita circa mulctam pecuniariam; quia in primo miniſtri laici eius etiam miniſtri ſunt, vt Pontifex citato Cap. Vt fama, aſſerit: in alio verò iudiciariam poſteſtatem uſurpant, mulctam vt iudices imponentes, quòd quidem Eccleſiaſticæ libertati penitus aduerſatur.

108 Non ergo circa hoc admittendum eſt, quòd Dom. Felicianus tradit; hoc ſcilicet laicis Iudicibus concedi, non vt auctoritatiuè, & ſuo quaſi iure id faciunt, ſed ex Pontificis beneplacito. Si enim hoc illis ſemel concedatur, parum ipſi de illâ reſpectum diuerſitate curabunt, in libertatis Eccleſiaſticæ certiffimum detrimentum; & deinde Pontificis voluntas, vt vidimus, in contrarium vergit, nec præſumi illa, niſi præſumptuoſè, poſteſt. Quod in Indijs præſertim obſeruandum, in quibus Eccleſiaſticis honor eſt eximius tribuendus, vt Neophyti erga Chriſtianam eruditionem, quam ab ipſis hauriunt, potentiùs aſſiciantur. Ex quâ perſuaſione Ferdinandus Cortefius, nulli niſi ſibi inter Heroës bellicos comparandus, Sacerdotibus ſingulari reuerentiâ affectu ſe proſternebat, & eorū manus oſculabatur, vt hoc videtes Indi magnum aliquid de eorū concipient dignitate. Quod quidem non ſine eximio fructu ab eo peractum, ſides enim cum pietate in Mexicanis regionibus meliùs eſt, quàm in alijs, propagata. Videatur Fr. Ioannes de Torquemada in Monarchia Indica. Parte 3. Lib. 15. Cap. 10. Vbi de Cortefii occurſu primis gentium illarū Apoſtoliſ e Familia Franciſcanâ.

109 Hinc apparet exceſſiſſe Auditores Cancellariæ cuiuſdam, qui Concionatori eiuſdem Eccleſiæ Præbendario mulctam pecuniariam ſatis magnam decreuerunt, ob ſalutationis officium in Concionis exordio non ita honorificum, vt ipſi cenſuerunt; qui neſcio quid aliud ſibi exhibendum intimarant. Quod quidem non omnibus eſt Togatis dominis probatum, & ita cum

eâ de re ſermo mihi in ſcribendo ad eorum vnum incidiffet, qui non aderat in occaſione præſata, prudentiffimè & Chriſtianiffimè reſcripfit, & ita illius verba non grauabor, ad aliorum exemplum, his paginis adieciſſe. Sic ergo ille poſt alia ſcribit, cuius non oportet nomen expreſſiſſe: El caſo que reſere V. P. ſe obro aprieſa ſegun vi por los autos. Dueleme mucho que tal vez en mi caſa, ó en la agena, en la calle, en la plaza, y en el Tribunal, no pareſco Miniſtro del Rey, ſi no de mis luiandades, y paſiones, de leyes, y vicias, y en la Ygleſia, y en los templos, alli ſolo aſpiro à la Mageſtad: alli ſi pretendo la competencia, aun con la diuina vnamente reſeſentada à tod. es. lues en un Prælado reueſtido de Pontifical, como en los miniſtros ſeculares la humana Dios nos de ſu gracia, &c.

Docti & piſi Senato- rii epiſtola.

S. III.

Circa concionatores eo in munere moderati- onis regulas transgredientes.

110 ET quia de Concionatoribus mentio à nobis eſt inducta, negari quidem nequit plures eorum circa hoc grauiter delinquere; Senatores Regios, ac ſupremos ipſos Gubernatores, apud populum traducentes. Tum dicendi modo, qui ſatyricus potiùs eſt, quàm Euangelicus; tum exprobratione actionum, de quibus tumultuariam noticiam, & ab inuidiâ, & malouolentia ſapiùs ortam, habuerunt: tum denique eorum narratione, quæ licet vera ſint, ſine audientium ſcandalo non referuntur; iuriſdictione circa hoc Prælatorum uſurpatâ, ad quos tantum ſpectat peccantium publica diſtrectio; cum reprehentiones huiusmodi ad correccionem fraternam reduci nequeant: in quâ occulta debet monitio præcedere, & alia ſeruari à Chriſto tradita, in quibus animaduerſio adeò publica delicti non inuenietur. Et quidem concionatores, aut indocti ſunt, & vulgari linguâ ſcriptis libellis inſtructi ad dicendum procedunt, in quibus quàm ſit ignorantia damnabilis, ſatis eſt unicuique perſpectum. Aut litterati, & ii, quod ad eorum obligationem ſpectat, non ignorant, aut malitiâ, aut paſſione, vel populo placendi libidine, in huiusmodi videntur abſurda proſilire. Quod ſi zelo quiſquam ducatur: non ſecundum ſcientiam, vt liceat illi Apoſtoli ſententiam applicare, ſic ſcribentis. Rom. 10. v. 2. & 3. Teſtimonium enim perhibeo illis, quòd emulationem Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam. Ignorantes enim iuſtitiam Dei, & ſuam querentes ſeruare: iuſtitia Dei non ſunt ſubiecti. Ignorant equidem iuſtitiam æmulatores iſti, contra quam peccant inhonorantes Magiſtratus, & alienam iuriſdictionem uſurpantes, ſuam volentes ſtatueri, dum ſe ad hæc officii aiunt obligatione teneri, quòd dicendi imperat libertatem. Quam quidem non negamus, ſed contra vitia ſua uitate dicendi temperatam, de quo ſic Diuus Iſidorus Peluſiota lib. 3. Epiſt. 397. Sermonis quidem libertati ſua uitate admifcere oportet, diuina autem de- xtra ſanctitatem permiſtere. Hæc ille Moyſis, Eliæ, & D. Ioannis Baptiſtæ exempla proſecutus. Sit ergo rigor iuſtitia ſemper ſeruandus, ſed nunquam præceps, vt D. Bernard. ad monet Epiſt. 25. quando de iuſtitia obligatione ita ſunt præſati Miniſtri verbi ſolliciti.

Concionatorum quòrumdam exceſſus.

non excuſabiles.

Rom. 10. v. 2. & 3.

Optima Concionandi formula.

D. Iſid. Peluſiota.